Quoniam ut ait apostolus petrus spiritu sancto affati locuti sunt sancti dei homines. sed nos dicta eorum imitari pariter et habere si uolumus quod dicimus esse firmum. Non enim quod dicimus uigorem haberet nisi et sacri canonis et sanctorum testimonio probaretur. Unde magno desiderio laboraui istud opusculum compillare ad laudem dei et utilitatem omnium et specialiter illorum qui habent aliis proponere uerbum dei. Nam in isto opusculo inuenitur in genere auctoritatem copiositas quas ex libris sanctorum et quorundam sapientum quasi agricollarum ortis collegi ut in unum collecte lectum quasi redolentes flores suauem reddant odorem. Vocatur autem uiridarium consolationis istud opusculum. Quia sicut in uiridario inueniuntur flores et fructus. ita in hoc opusculo plura et diuersa reperiuntur que deuote legenti animum in miro modo temulcent. Ut autem compillata clarius elucescant. Quinque partibus et octoaginta tractatibus distinguitur.

Prima pars que tractat de principalibus et capitalibus uitiis habet tractatus octo. primus de superbia. de inuidia. de ira. de accidia. de gula. de auaritia. de ebrietate. de luxuria.

humana ratio prebet expimentum. Item. Greg. Tunc eniz prodest si redemptori nro fide iungimur si ab eo moribus disiungamur tunc eniz veraciter fideles si qd verbo pmittimus operibus adimplem'

## De Spe

Spes dirrigitur in summum bonum expectando et imittando. Augu. Spes est fiducia futuroz bonoz ex gratia dei et meritis pcedentib'. si mereris. si non mereris tunc non est spes. sz psumptio dici potest. Isi. Qui male agere non desinunt vana spe de caritate dei indulgentiam querunt. qz quererent si a praua occasione cessarent

## De caritate

Caritas dirrigitur i summuz bonuz desiderando et diligendo qua mediante aia perficit. Aug. Caritas est motus animi ad fruendum deo propter se ipsum et proximo propter deuz. Ber. Caritas liberalitatem donat timorem repellit. laborem non sentit. meritum non intuetur. Item. Bona mater caritas q siue foueat infirmos. siue exerceat prouectos siue arguat iquietos. diuersa exhibens sic filios diligit vniuersos. cum te arguit mitis es. cum blanditur simplex es. pie solet sine dolo mulcere. patient'

litteram est . g . intelligitur gula que est ut dicit hugo
li° de creatione mundi inmoderatus appetitus edendi —
Per sextam litteram est . i . intelligitur ira que est secundum
hugo . li° de sacramentis irrationabilis perturbatio men
tis . Per septimam litteram que est . a . intelligitur accidia
et est secundum damascenum c° 19 . uitium faciens tedium boni
spiritualis et dicit gregorius li° moralium quod accidia est agendorum
que fieri debent omissio et deuitationis cauendorum di
missio —

Filie . Obstinatio singularitas ypocrisis discordia . inobe
dientia . superbia . iactantia presumptio —

Filie auaritie . usura . fraus . periurium . rapina . furtum . si
monia . proditio .

Filie luxurie inconsideratio . instabilitas affectus seculi . precipi
tatio . nocentia . amor sui .

Filie inuidie susurrium machinatio doli detractio plausus
in aduersis dolor in prosperis scelus . homicidium inuidia .

Filie multiloquium crapula ebrietas . sensus hebetudo inmundi — gule —
tia . scurilitas inepta letitia .

Filie furor timor mentis blasfemia rixa clamor indi — ire —
gnatio odium —

Filie . desperatio mentis . uagatio . tristitia . otiositas bonorum
omissio error in fide pusillanimitas — Accidie

Superbia est arbor et radix uitiorum .

cerei que significat corpus benedictum propter gloriam resurrectionis
Et dominus presbiter benedixit quinque grana seu thuris que
ibi ponuntur significant quinque plagas quas xpistus recepit in cruce.
Tabula vero scripta significat tabulam illam in qua scripsit pillatus
Ihesus nazarenus rex iudeorum &c Baptismus cerei significat
remissionem peccatorum quam consecuti sumus.

Nota quod gradus ecclesie sunt septem quos deus in se ipso
compleuit quia lector fuit quando aperuit librum ysaie
prophete et dixit spiritus domini super me eo quod unxerit me
Exorcista fuit quando expulsit septem demones de maria
magdalena Subdiaconus fuit quando fecit vinum de aqua
in cana galilee Diaconus fuit quando lauit pedes discipulorum
suorum Sacerdos fuit quando accepit panem et fregit similiter
et calicem benedixit Istos quinque gradus compleuit ante
passionem suam Hostiarius fuit quando dixit Attollite portas
principes vestras. Episcopus fuit quando lauit manus suas super
capita discipulorum suorum benedicendo eos dicens Accipite
spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis
Et quorum retinueritis retenta sunt.

Deo gratias Amen

Explicit speculum ecclesie compositum a domino Hugone de
sancto victore. Scriptum Mccccxl viiij° die [illegible] apostolorum.